



ORATIO
DE SENTENTIA
IN ARTICULO
DE SS. DOMINI
COENA,

Orthodoxorum Confessioni

Augustanæ sicut dictæ, additorum,
Verâ,

ET

Heterodoxorum Calvinianorum,

Falsâ,

In inclyta VVittebergensi Academia, & Collegii
quidem FRIDERICI Auditorio majori die 10. Augusti

Habita

ANDREA ZACHERTO Stolp. Pom.
SS. Theolog. Studioso.

WITTEBERGÆ

Ex Officinâ Typographicâ Augusti Boreck.

ANNO ÆRAE CHRISTIANÆ

M. DC. XXV.

CONFESSORI
CONFRATERNITATI

VIRIS

Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis, Prudentissimis,
Virtute, generis prosapiâ, dignitate & authoritate,
Splendidissimis,

Dn. VVOLFGANGO PUTKAMERO

Dn. DANIELI GEERDEN } Consulibus,

Dn. GEORGIO PALBITZIO }

Dn. JOHANNI PRITZEN }

Dn. CONRADO LEBUN } Camerariis,

Caterisq;

Inclita Reipublicæ Patriæ Stolpersis Senatoribus omnibus
dignissimis, laudatiss.

Uti etiam


Toti, Reipublicæ ejusdem, Primario Mercatorum
collegio, vulg: Germ.

Der Gewandtschneider Zunft.

Dominis Patronis, Evergetis, ac Promotoribus suis,
perpetuo debitæ observantia studio colendis,
Hoc, quicquid est, exercitii Oratorii, decla-
randæ gratitudinis & conservanda benivo-
lentiæ ergo

D. D. D.

ANDREAS ZACHERTUS.



RECTOR ACADEMIÆ
WITTEBERGENSIS,

CONRADUS CARPZOVIUS,
J.U.D. & Profess. Publ.
CIVIBUS ACADEMICIS S.



Vidicendi artes vel superbè contemnunt, veletiam ex finibus & agro Ecclesiarum scholarumq; exterminandas judicant; nā illi intelligendo faciunt, ut nunquam munera divina probè intellexisse videantur. Annon hocce praeclaro dono Deus excornavit

Prophetas? quorum conciones sunt contextæ ex flosculis afflatis suis cœlestis doctrinae odorem, tamq; efficaces, ut ab oratione animas adfictas excitare & revocare, dareq; latitiam sempiternam queant. Quid dicam de gentium illo Doctore S. Apostolo Paulo? Quod ille non tantum acutus in disputando, sed & facundus in dicendo fuerit, ex eo apparet, quod Festus eum nimia literarum scientia & dicendi gravitate furere propemodum contendit. Quid proferam de Origene, Chrysostomo, Basilio, Nazianzeno, Cypriano, Tertulliano, Augustino, Hieronymo, Arnobio, Lactantio, aliisq; compluribus, quos omnes è Rethororum scholis politos ad Christianæ Religionis interpretationem accessisse, & Oratoria facultatis beneficio insigne evasisse Theologos, constat? Taceo & alios viros disertissimos, qui nec vi, nec ferrò, aut potentia politica, sed sola dicendi facultate in-

structi

structiores maximos atq; necessarias, nec non Ecclesiæ & Reipubl.
valdè utiles ac salutares gesserunt. Nec quisquam virorum de-
ctorum facile reperietur, qui hoc studium non summoperè com-
mendet, non miretur, non suspiciat; quo sanè nihil dignitate præ-
stabilitus, nihil amplitudine majus, nihil utilitate fructuosius:
quippè quo unico prestamus vel maximè feris, quod colloqui-
mur inter nos & animi sensa dicendo ac differendo exprimere va-
lemus. Hac ita pensiculans, & studii Oratorii fructum uberri-
mum atq; amplissimum animo suo contemplans juvenis pietate ac
doctrinâ Ornatisimus, ANDREAS ZACHERTUS, Stolpensis
Pomeranus, SS. Theologiae & Philosophiae Studiosus, gnariter
ac sedulò cum Theologiâ conjunxit purioris & elegantioris litté-
raturæ studium, inq; eo ita progressus est, ut in publicum produ-
re & declamando sese exercere, & Dnn. Professoribus diligenc-
tiam suam comprehbare hanc dubitaret. Itaq; Orationem de
COENA DOMINI non minus piē quam eruditè conscripsit,
quam hodiè hora IX. finita Concione Sacra in acoasi maiore
Collegii FRIDERICI recitaturus est. Si scire vultis, eares bo-
nas & uiles continet: stylō verò partim didacti: & constat par-
tim Oratoriō. Decet enim, teste Aristotele, Orationem ipsi
rebus subjectis esse analogov. Ceterum pietatis & elegantioris
litteraturæ Studiosos amanter hortamur & roganus, ut recita-
tioni frequentes intersint, & juveni huic studiosissimo benivo-
las & attentas aures præbeant. P.P. IV. Eid. Sextil. anno
Epochæ Christianæ clo 12 CXXV.

Ecum vestrum mirum videatur, Magnifice Dn. Rector, Viri admodum Reverendi, Ampliss. Consultiss. Experientiss. Clariss. Excellentiss. Vosq; concives Academicici, Genere, virtute & doctrinâ Nobiliss. Præstantiss. Ne, inquam, cui vestrum mirum videatur, si, me de hoc ad vos verba facere voluntem loco, exalbescere, justoque commoveri vehementius, animadvertis. Non enim tantum, quæ singula, vel exercitatis simis metum incutere aliquem possunt, ea nunc me universa premunt; ingenii videlicet obstat tenuitas, loci perturbat amplitudo & antoritas, auditorum denique ab instituto avocat virtus, doctrina, prudentia, nobilitas: Verum ita etiam me excruciat, sollicitat, turbat, ut quod me vertam, nesciam, materiæ ad dicendum in manus sumptæ SS. dignitas. De Cœna Domini dicturus, quæ fidei est articulus, ad rationis & intellectus nostri trutinam non appendendus, nec ad anticipatas opiniones, quibus dementati quidam sunt, prolibitu torquendus. Quorum ilio d facere consueverunt ii, qui sunt, veluti eleganter ab Augustino depinguntur, homines à fide remoti, terrenis dediti, carnalibus occupati, qui nolunt credere aliquid, nisi ad quod corporis sui sensu quinq; partito perveniunt. In his quinq; sensibus, totius voluntatis sibi regulas ponunt: Non, inquiunt, credo ego, nisi quod video. Ecce quod novi! Ecce quod scio! Album est, nigrum est, sic & sic coloratum est; Novi, sentio, teneo, natura ipsa me docet; Non cogor credere, quod mihi non potes ostendere. Non dissimiles Naamano, (a) Sadducæis, a. 2. Reg. 5. (b) Capernaitis. (c) Hocverò hæreticorum est & fanaticorum, v. II. qui non observant regulam, ab Hilario, (d) scripture lectori optimo datam; quod is, dictorum intelligentiam expectare ex dictis potius, 22. v. 25. quam importare, & referre magis quam adferre, nego cogere, id videri c. Joh. 6. dictis contineri, quod ante lectionem presumserit intelligendum, debeat. v. 52. De Cœna Domini dicturus, quæ ingenium acutum, tersum, ligatum efflagitat. Plurimæ namque & gravissimæ quidem, ex d. Hilar. I. i. de Trinit. A. 3. T. m. 2. tant. p. 7.

Aug. serm.

35. de verb.

Dom.

extant & moventur de eâ controversiæ; Reperiuntur figmenta,
Joh. Wol- pigmenta, deliramenta, cœnam in figuram transformantium, Ma-
der. hære- nichæorum, Zwinglianorum, Calvinianorum, Photiniano-
seo log. m. rum & cæterorum; Reperiuntur somnia & deliria, transsubstanc-
p. 142. seq. tiationem defendantium, Marcitarum ac Papistarum; Reperiun-
tur denique nugæ & blasphemiae, cœnam extenuantium eaqz abu-
tentium, Saturninorum, Basilidianorum, Valentinianorum,
Marcosiorum, Severianorum, Basanianorum, Armeniorum,
Paulicianorum, Messalianorum, Archonticorum, Mani-
chæorum, Audianorum, Pontificiorum & aliorum: Mar-
cionitarum, item, Encratitarum, Similitarum, Artorytarum,
Ophytarum, Montanistarum, Capernaitarum; & dolor heu!
quis quæso omnes omnium errores, SS. de Domini Cœnâ con-
ceptos, propalatos, propagatos, propugnatos, nominabit, enu-
merabit, trutinabit, pensiculabit. Quia tamen talis Cœna Do-
mini est materia, in quâ oratio deesse nemini potest, quâ ad di-
cendum uberior, ad agendum copiosior, ad studia nostra ac-
commodatior, huic verò loco convenientior, nostroque ordine
dignior, reperiri poterit nulla, audebo aliquid de eâ differere;
atque ideo in primis audebo, siquidem non rationem, in divinis
& spiritualibus omnis omnino luminis orbam & planè cœcam;
Sed doctorem ac ductorem Spiritum S. in verbo suo, codice
comprehenso sacro, præsertim autem verba institutionis, *nām
nō dās sequi*, est animus. Quapropter persuasissimum mihi ha-
beo, à vobis, pro eâ, quâ estis prudentiâ & humanitate prædicti,
plus conatui honesto ac præclaro, quam nescio cuius perfectio-
nis expectationi, tributum; quem se probare vobis, & ad elo-
quentiæ contendere laudem intelligatis, porrectâ vestrâ dextrâ
sustentatum potius, quam severitate vel gradu prohibitum vel
deturbatum; ac denique non à quo, aut de quo, sed unde dica-
tur, cogitatum iri. Non autem Oratorio stylo, sed exiguo filo de
Orthodoxorum, Confessioni Augustanae γνῶσις sic dictæ, addi-
ctorum, in hoc de SS. Cœna articulo, sententiæ veritate, prius
agam: Deinde Heterodoxorum Calvinianorum, in eodem fal-
situdinem, quædam illorum argumentorum allegando, allegato-
rum pondera examinando, examinatorum futilitatem demon-
strando, detegam. Prius verò quam è portu egressus, vela dare
incipi-

*1. Cor. 2.
v. 14.*

*Propos.
bimemb.*



incipiam, atque ulterius provehar, à vobis Auditores, quā par
est animi submissione atque observantiā, quantis & qualibus
possim, precibus contendō, ut eodem quō hactenūs vestræ be-
nevolentiæ, amoris favorabilis & favoris amabilis Zephyro,
auscultando afflastis alios, me quoque haud gravatim affletis,
eodemque afflatō tenuitatem meam sublevetis, quo oratio mea,
quem sibi proposuit portum, faciliūs & feliciūs assequatur.

Orthodoxi, Confessioni Augustanæ γνῶσις sic dictæ ad-
dicti, de SS. Domini Cœnâ, (quæ εὐχαριστία Tertulliano, (a) Na-
zianzeno, (b) Irenæo, (c) &c ceteris: σύναξις & σύναξεως μυστήριον
Dionysio, (d) & Epiphanio; (e) Medicina Ambrosio; (f) Atque,
plurima ut alia, tum in scripturis sacris usurpata, tum à Patribus
adhibita, silentii involvam pallio, nomina, viaticum saluberrimi-
num, redēmptionis p̄tium, redēmторis monumentum, & redēmpti mu-
nimentum Augustino, (g) dicta, quod sentiunt, palam propo-
nunt, summā constātiā defendunt, nihil falsitatis alere, plus
quā Achilleis, Samsonem etiam in omni suā fortitudine su-
perantibus argumentis, ab Efficiente, Materiali, Formali, & Finali
institutionis in verbis expressā causā, petitis ac desumptis, ad oculum
demonstrare omni absque labore possumus. Quotus enim quis-
que vestrūm non ipse videt, Orthodoxos, suā sententiā, respi-
cere efficientis sive instituentis Majestatem, agnoscere materiae
integritatem, defendere formam, sive actionis, verbo Dei cir-
ca materiam hujus Sacramenti determinatæ, qualitatem,,
astruere deniq; finem illius legitimum, sive utilitatem. (h) Ma-
jestatem Efficientis sive instituentis Christi respiciunt Ortho-
doxi, agnoscendo & rectissimè quidem agnoscendo, institutum
hoc esse sacramentum, non à sanctorū Patriarcharum, Prophe-
tarum aut Apostolorum, non à Principum, Regum, Imperatorū,
non ab Angelorum aut Archangelorum ullo, quocunq; etiam
nomine veniat; sed, quod ore ac tenore uno, quatuor in de-
scriptione hujus Testamenti Notarii, instar fundamenti, petræ, &
capitis anguli, primo statim loco ponunt, à Domino nostro Je-
su Christo, Rege Regum & Dominio Dominantium; Qui Jehovah,
distinctis ac diversis in Mosis, Prophetarum & Psalmorum lo-
cis, insignitur; Et Dominus est, essentiam atq; vitam à se ipso habens,
omni

i. Senten-
tiæ Ortho-
doxorū
Veritas.
ade pudic.
ex i. Cor.
ii. v. 26.
b. 5. Orat.
in funere
patrū.
c. l. 4. c. 34.
p. 263.
d. de Eccl.
Hierarch.
e. 3.
e. cont. hæ-
res. p. 466.
ex i. Cor.
i. v. 20.
f. lib. de
Sacram.
g. l. de vi-
sit. infirm.
h. Cōfirm.
i. Efficien-
tis sive in-
stituentis
Majestas.
i. Tim. 6.
v. 15.
Rom. 4.
v. 17.

omni spiritum ducenti vitalem, esse & vivere concedens, non existenti, ut
Matt. 26. existat, unicō verbō dicens. Qui in cœnæ institutione, fide dignissi-
v. 26. mis quatuor istis crede si voluerimus Notariis, accepto pani &
Marc. 14. calici benedixit, & de eo, notatu cū primis dignum, dixit. Quod
v. 22. benedicere (Lucæ enim εὐχαριστας, explicat Matthæus, Mar-
Luc. 22. cus & S. Paulus per εὐλογιστας) non tantum est, optima quæque
v. 19. cuiquam precari, sed reverâ & ipsô factò, omnia bonorum ge-
1. Cor. II. nera offerre, ac in quendam conferre. Affirmat id ipsum Mega-
v. 13. lander Lutherus, hunc explicando in modum: Deo benedicente,
Luth. tom. dicere & facere unum omnino idemq; sunt, juxta illud psalmi; Dixit &
4. f. 136. factum est. Et cur non factam Domini in cœnâ benedictionem,
Pf 33. v. 9. maximi esse momenti concederemus, ne quidem hiscentes con-
tra aut mussitantes? Satis n. & plus satis cuivis constat, hominum
tantum hominum, tam precatio[n]es quam imprecatio[n]es, s[ecundu]m
Gen. 27. similitudinem haud fuisse inanes aut irritas. Isaac ex Esavo filio natu maxi-
v. 33. mo quærens, quis igitur ille (Jacobum filium natu minimū sed in-
cognitum putabat) qui dudam captā venationem attulit mihi, & com-
edi ex omnibus, ante tuum ad me adventum, benedixi q; ei? & erit be-
Num. 22. neditus, inquit, Balac, Moabitarum Rex, per legatos suos Bi-
v. 6. leanum sic allocutus: Novi, quod beneditus fit, cui benedixeris, &
Syr. 3. v. 11. maledictus in quem maledicta congerieris. De ratificata impreca-
2. Reg. 2. tione, sapientiae divinæ Syracides hunc in tenorem scriptum reli-
v. 23. seqq. quit: Destruit non exstruit domos liberorum maledictio matris. Elisæo
Discip. de nomine in Domini, pueris ridentibus, subsannantibus, claman-
temp. serm. tibus, ascende calve, calve ascende, imprecante, non multo post
14. tempore, duo vicinâ e sylva egressi ursi, duo & quadraginta puerorum
apprehenderunt, apprehensos magno dolore, ac omni procul dubio clamore
re, discerpserunt, laceraverunt. Cæsarea in Cappadocia, fœmina & ge-
nere & divitiis illustris, cum numerosam haberet prolem, septem filios &
tres filias, horrendas ex indignatione in eos execrationes evomuit, proti-
nusq; divina se exeruit vindicta. Nam, omnes simul, toto tempore, hor-
rore & tremore concussi, gravem imprecationis pœnam, miseri sustinuer-
re, matrig; horrendam & triste, divinæ vindictæ exemplum & spectacu-
lum, prebaere. Nec minus triste & horrendum exemplum, re-
fert Cæsarius, de parentibus, qui cū frequenter filio suo imprecaren-
tur, ut à diabolo auferretur, tandem filius eorum à Satana arreptus &
Serm. 24. abductus



abductus est; nec unquam eorum oculis redditus. Humana itaque cum
benedictio ponderis saepissime sit maximi, & fine suo non de-
fraudetur, quid obstat quin verius, imo verissime, de illâ id asser-
veremus benedictione, quam ipse protulit ac dixit *Iēsūs* *Christus*
Nas *christus* *Deus* *homo*, *Homo* *Deus*, qui non est homo, ut *Num. 23.*
mentiatur, nec filius hominis, ut pœnitentiâ ducatur; haud quicquam *v. 19.*
diceret, quod non ficeret, haud promitteret, cui promisso non staret. Ab
eo cui benedictum, in eternas eternarum eternitatum eternitates bene-
dictum. Dicente Propheta Regio & Rege Prophetico, Davide. *I. Par. 18.*
Testis etiam hujus est rei, benedictio, Domini primis nostris pa- *v. 27.*
rentibus benedicentis, dicendo: *Crescite & multiplicamini & re-*
plete terram; quæ certè in hodiernum usque diem, in humani *Gen. I. v. 28.*
multiplicatione generis, vigorem & valorem suum, sartum te- *Luc. 17.*
ctum obtinuit, obtinet, & ad mundiusque finem obtinebit. *Lin. v. 26.*
de, os verè aureum, Chrysostomus: *Sicut illa vox, crescere & mul-* *Chrysost.*
tiplicamini &c. Semel quidem dicta est, sed omni tempore sentit effe- *Homil. 30.*
ctum, ad generationem operante naturâ: *Ita & vox illa, Hoc est corpus de prodit.*
meum, Hic est sanguis meus, semel quidem dicta est, sed per omnes mensas Iude,
Ecclesiæ, usq; in hodiernum diem, sacramento præstat firmitatem. Et *tom. 5.*
benedicere Domini, ut dignius hominis cuiusvis potentissimi, *p. 85.*
præstantissimi, benedicere, modo haud impari, dicere quoque
ejusdem, longis (ut ferunt) parasangis, excedit dicere huma-
num. *Ipse enim dixit & facta sunt, ipse mandavit, & creat a sunt, ut* *Ps. 33. v. 9.*
viri, Deo maximè placentis, Deumque animitus diligentis, ex
quo, vir secundum cor Domini dictus, utar verbis. *Quorum in*
explicatione, tertius ille Elias, in hæc erumpit verba: O ter &
amplius beatum illum, qui hoc, ipse dixit, memorie sue impresserit firmis-
sime, impressum observaverit diligentissime, observatum amaverit arden-
tissime. Philosophi Samii, Mnesarchi, annulorum sculptoris fi-
lli, hominis Ethnici (Pythagoram intelligite) discipuli, tantum *Pythagoræ*
ac tales, doctrinæ & sapientiæ Magistri sui, præbebant assen- *discipuli.*
sum, ut ulteriore neglectâ inquisitione, rata crederent omnia,
quæcunque diceret ac doceret. *Quotiescumque etiam, aut alios*
doctrinæ non vulgaris homines, erroris eum arguentes, audi-
rent, aut sollicitati ab aliis, dogmatis ut rationem redderent, ni-

B

hil

hil regesserunt & responderunt aliud, quam *avt̄oς εΦα*, agnoscentes & reputantes eum Praeceptorem suum & Magistrum, omni in doctrinæ genere exercitatissimum, certissimum, fide dignissimū esse, cui errare impossibile. Quantò verò magis Domini nostri Jesu Christi dictis, fidē nos adhibeamus, nec vel *χρι* cōtradicamus? *Ipse n. filius est Dei, qui à Deo venit Magister.* De eo longè verius atq; de Pythagora dici potest: *Ipse dixit, nulla ergo dubitandi ansa reliqua; quippe, qui non verus aut verissimus tantum, sed ipsa etiam est veritas: Mentiri nescit: Quod dicit efficit, quod cogitat creat:* *Ipsò inter natos mulierum, sapientiā majore nullus, sed æterna, æterni Dei Patris, est sapientia ipsa, in eo, omnes sapientiæ & cognitionis absconditi thesauri: Ipse nobis à Deo sapientia factus.* Ipsius etiam potentia, nullis cancellis aut limitibus ac finibus certis circumscripta, definita: *Consilium & auxilium penes eum, omne, ita ut velle & posse ejus, nihil impedire valeat. Non est ei impossibile omne verbum.* Et quale quidem verbum impossibile illi, qui *omnia verbo fecit, ut recte Bernhardus inquit: Et post pauca: Apud Deum nec verbum dissidet ab intentione, quia veritas est, nec factum à verbo, quia omnipotentia est, nec modus à facto, quia sapientia est;* Igitur non potuit esse apud Deum impossibile, omne verbum. Item: *Multum interest inter loqui & facere, sed apud homines, non apud Deum: soli Deo idem est facere, quod loqui, & idem loqui, quod velle.* Hinc Bullingerus etiam, Christi licet majestatis oforum & roborum non postremus: *Christi velle dicere est, & dicere velle.* Tantum igitur abest, ut respectu efficientis falsi quicquam contineat Orthodoxorum de Cœnâ SS. sententia, ut potius verissima sit, à veritate ipsa dependens. *Ipse Dominus Jesus Christus, inquit Ambrosius, testificatur nobis, quod corpus suum accipiamus & sanguinem, nunquid debemus de ejus fide & testificatione dubitare?* Cui astipulatur Augustinus, ille, ajens, hoc dixit, cui nihil est impossibile, de suo corpore fecit quod voluit, considera autorem & tolle dubitationem. Si verò materiæ SS. Cœnæ integritatem, altiori quis mentis indagine compleetur, nihil etiam prorsus reperiet, Orthodoxorum cur sententia falsitatis vel minimæ insimulanda sit. Judicet quicunque velit ac potest, an crimen falsi incurvant omnes illi, qui:

Johan. 3.
v.2.

Joh. 14.
v.6.

Tit. 1. v.2.

Ef. 46. v.12

Col. 2. v.3.

1. Cor. 1.

v. 30.

Luc. 1. v.37

Bernhard.

hom. 4. in

land. virg.

matris.

Bulling.

in verba

Joh. 2. v.7

baurite

nunc &

ferte Ar-

chitricli-

no.

Ambros.

lib. 4. de

Sacram.

c.5. t.9.

f.377.

August. 2.

Epist. ad

Kolutian.

2. Materie

Integritas.

qui credunt & asseverant, simul, in, eum, sub pane & vino, distribui, accipi, manducari, bibi, verum corpus & verum sanguinem Christi. Annon panis quem frangimus, communicatio est corporis I. Cor. 10. Christi? poculum cui benedicimus, communicatio est sanguinis Christi? v. 16. Unde graviter monet, dicit ac docet Irenaeus: panis, qui vocatio- Iren. l. 4. c. nem Dei in administratione S. Cœnæ percipit, non est communis panis, sed 34. p. 263. Eucharistia, ex duabus constans rebus, terrenâ scilicet & cœlesti. Annon ipse de pane Christus? Hoc est corpus meum: De calice autem? Hic est Novum Testamentum in meo sanguine. Quis igitur obsecro hominum, tam rufis, hebes, omniumque rerum ignarus est? hoc qui non sentiat, intelligat, faterique cogatur? Non solum panem, sed cum, in, sub pane, manducari corpus Christi, & quidem verum, illud scilicet, quod pro nobis traditum; Nec solum vinum, sed cum, in, sub vino, bibi sanguinem Christi, itidem verum, illum videlicet, qui pro nobis effusus est, in remis- a. Aug. de sionem peccatorum. Quare Augustinus, (a) Hoc accipite, inquit, in Neoph. pane, quod pependit in cruce; Hoc accipite in calice, quod effusum est de b. Leo ser. Christi latere. Leo etiam, (b) Hoc, ait, ore sumitur, quod corde creditur, 6 de jejun. & frustra ab illis Amen respondetur, à quibus contra id, quod accipitur, 7 mens. disputatur. Paschasius quoq; (c) ô homo, dicit, quotiescumq; bibis hunc c. Pasch. l. de calicem, aut manducas hunc panem, non alium sanguinem te putas bi- corp. c. 44. bere, quam qui pro te & omnibus est effusus, neq; aliam carnem te putas d. Objectio manducare, quam quæ pro te & omnibus est tradita, & pependit in cru- de diaconi ce, quia sic veritas testatur; Hoc est corpus meum. (d) Sed nātūrā tñv Διg. verborum voas, non autem nātūrā τὸ ἐντὸν, inquis, intelligenda institutio- institutio- nis verba. Da demonstrandi: Verba Testamenti sunt, quod pa- nis. Matt. 26. tet, quia Cœna Domini, sub forma Testamenti instituta; qua- propter calix Eucharisticus vocatur Novum Testamentum in Christi v. 28. sanguine. Propriâ itaque & genuinâ in significatione accipien- Marc. 14. da, dictis literarum sacrarum, (e) testimoniis Patrum (f) legi- v. 24. bus Imperatorum pronunciatis JCTorum & momentis ratio- Luc. 22. num, id comprobantibus, confirmantibus. Sic enim JCTi: si v. 20. contrarium volebat testator, nulla erat difficultas, ita disponere. Verba i. Cor. II. testamenti diligenter consideranda sunt, ne dum nimiâ utamur circa hu- v. 12. jusmodi sensus subtilitate, judicia testantium defraudentur. Non est e. Gal. 3.

B 2 receden- v. 15. &c.

f. Aug. in Ps. 21. &c. Vide Gerhard. Loc. Theol. Tom. 5. de S. Cœna p. 150. seq.

recedendum à verbis Testatorū, quia talis præsumitur fuisse intentio, quam
lem verborum proprietas importat. Nisi de contraria legi mente eviden-
ter constet, à propriâ verborum significatione non receditur. Et quæ
sunt id genus alia JČtorum de testamentis dicta. Alius, præter
verbalem, si esset verborum Cœnæ sensus, aliqua profecto, mi-
nutissima quamvis, occurrerent vestigia, in aliquo Notariorum,
quorum quatuor, non unus tantum, ut alias aliis in Testamen-
tis usu venit, quique à Spiritu S. creati, vocati, destinati, tem-
poribus longè diversissimis, scriptis ea prodiderunt. Matthæus
nimirum octavo, Marcus decimo, Lucas decimo quinto, & D.
Paulus quarto & quinquagesimo, Domini post ascensionem an-
no, Theophilacto fidem si adhibere voluerimus. Imò Chri-
stus pro suâ immensurabili, impervestigabili, imperscrutabili
sapientiâ, optimè novit, quâ ratione Testamentum suum for-
mandum, ordinandum, explicandum esset. Num enim, inquit
Lactantius, mentis & lingue artifex, diserte loqui non posset? imò ve-
rò summa providentiâ carere fuso voluit ea, quæ divina sunt, ut omnes
intelligerent, quæ ipse omnibus loquebatur. Si aliud quippiam de hoc
mysterio nos sentire voluisset, quam literalis verborum sensus
infert, facili negotio mentem suam clariùs exposuisset, absque
sacramentariorum etiam consilio. Risu ne id circa an commi-
seratione potius digna Calviniancrum caterva, sapientiâ suâ,
DEI sapientiam non agnoscens, aternam tamen sapientiam
Christum, reformare, justificare, gubernare, non dubitans, nec
erubescens; nimium sapiendo desipiens, ut præsumere sibi non
vereatur, Deo præscribere, quid, quantumve possit, aut non
possit; Christum quoque mendacii arguens, cùm tamen impossibi-
le plane, eum ut verum Deum, falsaproferre posse; ille haut qua-
quam verba mutat sua, velut de se ipso testatur ipse: Dominus, in-
quiens, sum, qui non mentior; Non mutabo quod processit ex ore meo.
Nec est, quòd ideo verum ac reale corporis & sanguinis Do-
mini in Cœnâ præsentiam negare, aut in dubium vocare quis
velit, siquidem modus præsentia illius penitus incognitus; cùm
enim Deus operatur (quæ Cyrilli sunt verba) non queramus quomo-
do, sed operis sui viam & scientiam ipsi soli concedamus. Ipsius est nosse,
inquit,

d. Theoph.
in Matt.
fol. i.

Lactant.
lib. 6. insti.
c. 21.

1. Cor. i.
v. 21.
Matth. ii.
v. 19.

Heb. 6. v. 18

Esa. 31. v. 2.

Mal. 3. v. 6.

Psal. 89.

v. 35.

Occupat.
incognit.
mod. præ-
sent.

inquit Athanasius, nostrum est credere. Demus Deum aliquid posse, ut
benē Augustinus, quod nos fateamur investigare non posse. In talibus Aug. 2. Ep.
rebus, tota ratio facti est potentia facientis. Cui non refragantur ad Volut.
verba Chrysostomi: Audi loquentem & habebis facientem. In hoc
de SS. Cœnâ ut & aliis mysteriis, ex hoc mundi, sensibus & ra-
tioni subjecto, ex eundem regno, in quo Christi, intelligentiâ, sa-
pientiâ, prudentiâ humanaâ, captu, cognitu, dijudicatu impossibili-
bile, eundem regnum, in quo omnia gubernat Verbum, Spiri-
tus, Fides, super, præter, & contra omnem rationem, Spiritu Dei
supernaturaliter non illuminatam. Quamobrem, cùm intellectu
nostro non percipiamus ingens hoc mysterium, credamus agè, &
idcirco eò magis credamus, quia intellectum, captum & sensum
nostrum transcendent. Nam, intelligi, capi, sentiri si posset, fi-
de quid opus esset? Vera fides credit quæ non videt hic & obedit.
Hinc præclarè Lutherus: Fides lumen est, ducens & lucens in tene- Luth. tom.
bris, ubi ratio cœca & insana: Naturæ impossibile, Deo possibile est. Et 4.f.107.
Durandus: Quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides, præ-
ter rerum ordinem. Atque ita certam, firmam & indubitatam fi-
des divinam judicat ordinationem, etsi modus & ratio quomo-
do fiat incognitus sit. Cujus rei testis etiam insignis est Autor
Epistolæ ad Hebræos, dicens: Fides certa est fiducia rerum speran- Heb. II.v.1.
darum, & non dubitare de eo quod non videtur. In homine carnali, ut
ait Augustinus, tota regula intelligendi, est consuetudo cernendi, quod August.
solent videre credunt, quod non solent, non credunt: Licet igitur cor- serm. +.
pus & sanguis Christi in Cœnâ oculis non cernatur, manibusve fer. 3. pasch
apprehendatur, fidelis tamen certò certius statuit, ea non absen- aEf. 7.v.10
tia sed verè ac realiter præsentia esse, virtute verborum Christi, Luc. 2.v.51.
quibus qui non crediderit non manebit. (a) Christianorū est credere, b 3. Forma
non intelligere: quemadmodum & benedicta Virgo Maria, sive Actio-
Domini Mater, omnia à filio suo Domino nostro dicta, accura- nis, verbo
tè cordi inscribebat suo, licet nec caperet, nec intelligeret, quid Dei circa
sibi verbis istis vellet. (b) Ast, sufficienter etiā, meo quidem judi materiam
ciō, Cœna ex materiæ integritate, Orthodoxorum demonstrata hujus sa-
sentientiæ veritas; Formam porrò sive actionis, verbo Dei circa cramenti
materiam hujus sacramenti determinatam qualitatem, confide- determini-
remus, nata qua-
litas.

remus, trutinemus, ponderemus, numque contra eam peccatum quoddam, ut meritò à veritate alieni audiri queant, committant Orthodoxi? investigemus. Verum enim verò, ita comparatum est eis, ut, sive δόση, actionem nimirum dispensantis, sive λήψις, actionem scilicet communicantis respiciamus, nihil contra Domini nostri institutum doceri & agi animadvertisamus. Dispensans namque panem accipit & vinum, acceptum à communione separat usum, separatum ad sacramentalem destinat usum, sic destinato benedit, eumque consecrat, benedictum & consecratum communicantes inter distribuit, & manducandum eis ac bibendum porrigit. Non autem frangit. Neque id de necessitate aut essentiā sacramenti est: Distributio quidem necessaria, modus verò distributionis indifferens est. Nec quicquam interest, sive vel ante vel inter distributionem, cultro panis secessetur, sive digito frangatur, sive alio quocunque modo ad distributionem præparetur; quia utrobiique finem assequitur suum, modo ideo frangatur, ut inter communicantes distribuantur.

Dominum nostrum quod concernit, cur ipse panem fregerit, satis evidens est, siquidem pro more regionis & panis id factum, & instrumenta mensalia, quae nostro hoco seculo apud nos in usu sunt, incognita adhuc, nec inventa fuerint. Iudei enim, ut scribit Bucanus, (a) qui non ita spissū ut nos, sed latis & minus crassis panibus utebantur, mos fuit, sumptionem cibi, non à panis scissione, sed fractione

b. Aret. par. 1. probl. 82. inchoare. Et fuit fractio panis, ut ait Aretius, (b) adhuc in usu tempore Christi, tam in convictu, quam alias in Eleemosynis, ratio videretur esse,

p. 998. quod Hebrei semper sint usi panibus latis & minus crassis, qui commodius frangerentur, quam scinderentur. Gentium ille doctor, Tharsensis

1. annal. p. 702. seq. Apostolus, fractionis mentionē faciens, (c) distributionem intel-

c. Cor. 10. ligit: Frangere namque SS. scripturæ, phrasū Hebræa, quandoque est distribuere, ut patet ex isto Esaiae: (d) Frange esurienti panē tuum. Nihil itaque in actione dispensantis desiderari potest.

7.7. Communicans etiam in sumptione contra Christi mandatum non peccat; accipit enim è manu ministri panem, qui novæ via corporis est Christi, & vinum, quod novæ sanguinis est Christi; Acceptum manducat & bibit, non naturaliter, nec spiritualiter tantum sed sacramentaliter. Non illud;

Eam

i. Actio di-
spensantis.

Object. de
fractione.

Ocupat:
Exempli
Christi.

a. Buc. loc.
48. instit.

q. i.

b. Aret. par.

1. probl. 82.
inchoare.

p. 998.

Confer Ba-
roniū tom. roniū tom.

1. annal. p. 702. seq.

c. Cor. 10.

d. Es. 58. v. 7

2. Actio
communi-
cantis.

Eam quia opinionem Capernaitæ à Christo damnati foverunt: *Joh. 6.*
Non istud, quia idcirco cœnæ institutione opus non fuisset, cùm *v.53.*
corpus & sanguis Christi sine pane, omnibus cum ejus beneficiis, per se & immediate, cœnam extra SS. percipi possint, ipso *Joh. 6.*
docente Domino: Sed hoc, id enim, quod scilicet unico & in-*v.48.*
divulso in sacramento, vi institutionis Christi, panis & corpus,
vinum & sanguis ejus, simul ore manducentur ac bibantur my-*Manduca-*
sticè, per & propter unionem sacramentalem, requirunt verba
institutionis, clara, aperta, rotunda, à testatore veraci, sapienti,*tio sacra-*
omnipotenti, prolata: Et secus si esset, vix ac ne vix quidem
salvari posse videntur, à Paulo dicta; *indignos corporis & sanguini*
Christi reos fieri. Quapropter & Chrysostomus, Non vulgarem,*& oralis.*
inquit, honorem consecutū est os nostrum, accipiens corpus Dominicum.
Item: Quomodo comparebit ante tribunal Christi, qui tabiis & mani-*1. Cor. II.*
bus immundis ausit corpus ejus attingere? Facebo Augustinum, Pla-*v.29.*
cuit Spiritui Sancto, scribentem, ut in honorem tanti sacramenti, in os
Christiani prius Dominicum corpus intraret; quam ceteri cibi. Nihil di-*Chrysost.*
cam de Theophilacti verbis; Per os Christus ingreditur, cum SS.
corpus accipitur. Non attingam Cyrillum, (a) Non Leonem, (b)
Non Cyprianum, (c) Non Tertullianum, (d) Non Irenæum, (e)
Non denique Gregorium. (f) Peccant autem Orthodoxi com-*homil. 29.*
municantes, non minus admirabile quam venerabile Euchari-*in 2. Cor.*
stiæ sacramentum non manu sed ore, dispensantis è manu acci-*Aug. ep. II 8*
piendo. Non peccant: Libertati enim Ecclesiæ modus &
δόσεως & λήψεως relictus est. Liberum est, an pastor panem ori
communicantis immittat, poculumque ori ipsius admoveat;
An verò manibus communicantium trectandum dari debeat.
Comprobat id ipsum Lutherus, (g) *Liberatem cognoscamus & ser-*
vemus, scribens; ut licitum sit, sacramentum Cœnæ vel manibus vel ore
accipere; ita tamen, ut privatus, non quod libeat, sed quod deceat, fa-*p. 317.*
ctitet. Agnoscit & hoc ipse Beza, (h) *ipsa sumptio*, inquiens, non a.
modus sumendi prescribitur. Sic ergò nec contra formam SS. Cœ-*e. lib. 4. c.*
næ, actionis nimirum, verbo Dei, circa materiam hujus sacra-*34. & l. 5.*
menti determinata qualitatem, quicquam admittunt Orthodoxi,
quamobrem meritò ab adversariis sacramentariis male pasch. col.*c. 4. p. 318.*
audiant. 146 &
lib. 4. Dialog. c. 58. (g) *U. de capt. Babylon.* (h) *Epist. 2. ad Th. Tilium.*

4. Finis. audiant. Videamus postremò finem quo, ac ejus & utilitatem,

utilitas. an fortè de eo minùs rectè sentiant, statuant, doceant. Finis autem s. utilitas SS. Cœnæ varia quidem est, & in triplici existens differentiâ, ita, ut alia Deum, alia communicantem ipsum, alia deniq; proximūspectet; in neutram tamē illarū Orthodoxos im-

1. Respectu pingere certūest. Num n. propterea vituperandi, culpandi, taxandi? quòd finem SS. Cœnæ respectu Dei consideratum, statuant,

Dei. universis gratiarum pro beneficiis à Deo acceptis actionem, quæ consistit in agnitione & confessione nostræ miseriæ, ac celebra-
tione divinæ misericordiæ; in nostrâ item obedientiâ, quâ nos mandata Dei, hoc de sacramento piè usurpando, obedire ostendamus, crucem nostram, exemplo Magistri nostri, patienter & ferre & laturos declaremus, publicos Christianorum cœtūs, quorum vinculum & nervus S. Cœnæ est celebratio, & conser-
vare & conservaturos indigitemus, nostram quoque profes-
sionem, vitæ integritate, justitiâ & honestate, & ornare & ornaturos demonstremus. Aut ideone reprehendendi, expel-
lendi, aquâ & igni eis interdicendum? quòd finem cœnæ Domini-
nicæ respectu communicantium, doceant, omnium Christi be-
neficiorum applicationem, peccatorum remissionem, justitiæ & vitæ æternæ consecutionem, fidei obsignationem, confirma-
tionem, in corpus Christi, ut sint caro de carne ejus, & os de of-
fibus ejus, inscriptionem, implantationem, Christi in eis inhabita-
tionem, resurrectionis demum ad vitam æternam tesseram sive testificationem. Aut tandem, eâ de causâ ense, rotâ, ponto,
vel fune, vel ligno necandi? quòd finem SS. Cœnæ respectu pro-
ximi consistere dicant, tum in confessione, tum in dilectione.

2. Respectu In confessione quidem, ut fateamur, approbatam à nobis do-
communi-
cantum. trinam, quæ publicè sonat in Ecclesiâ Evangelicam, nosque agnita peccata nostra seriò dolere, & remissionem eorum quæ-
rere in obedientiâ & morte Christi, cuius meritum in S. Cœnâ nobis offertur, applicatur, obsignatur, ut Deo & proximo per
peccata à nobis offenso reconciliemur. In dilectione autem, ut testemur proximo sua nos delicta, sicut Deus nostra nobis re-
mittit peccata, ex animo condonare, pauperes & egenos veile

3. Respectu juvare
proximi.

In dilec-
tione.



juvare, eosque fratres, & mystici membra corporis, cuius caput, Christus est, reputare, honorare, & summatim, in cunctis charitatis operibus aut officiis sedulo laborare. Quis per Deum immortalē! eam ob rem eos vituperaret, culparet, taxaret? quin commendaret, laudaret, celebraret? Quis reprehenderet, expelleret aquā & igni eis interdiceret? quin extolleret, lubens susciperet, foveret? Quis ense, rotā, ponto, vel fune vel igne necaret? quin defenderet potius, ac umbone suo protegeret? Quia nihil impium, nihil blasphemum, nihil à verbis institutionis & S. Scripturā alienum, sic sentientes, corde credentes & ore confitentes, sentiunt, credunt, confitentur. Satis enim manifeste, finis SS. Cœnæ respectu Dei consideratus, gratiarum videlicet actio, pro universis à Deo acceptis beneficiis, in Cœnæ Dominicæ verbis exprimitur, cum Dominus noster Jesus Christus Hoc facere, cœnā nimirum, præscriptā à se ratione, uti, in sui commemorationem, præcipit. Quæ commemoratio, Commemoratio non absolvitur consideratione beneficiorum præteriorum, ve- luti est singulariter mirabile & mirabiliter singulare præstitum à Christo passo, crucifixo, mortuo, sepulto, resuscitato, inque cœlos sublato, opus redemptionis totius humani generis; Neq; contemplatione bonorum præsentium, puta fœderis gratiæ, in quo omnia sua beneficia Christus nobis applicat, cui incorporati, cuius & membra sumus, paulò secus, ut palmites vitis, qui nos portat, sanctificat, vivificat, salvificat, nos in illo & ille in nobis habitat, juxta illud Salvatoris, qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, manet in me, & ego in ipso; Nec non Hilarii: Hæc accepta & hausta efficiunt, ut & nos in Christo, & Christus in nobis de Trinitate; Non etiam pensitatione bonorum futurorum, nostra nempe corpora vivifici & salvifici corporis Christi participia facta, virtute resuscitati corporis Christi, in sepulcro non mansura, sed à mortuis resurrecta, & conformia Christi glorificato corpori futura: Accedat oportet gratiarum actio, ut scilicet, velut Magister ac Dominus noster, accepto pane & calice, gratias egit; nos etiā exemplo suo, salutari calice accepto, nomē Domini deprecemus; Unde sacramēto huic longē dignissimo sanctissimo, divinissimo, nomen sacrificii Eucharistici impositum, secundūm illud Psalmus:

C

mistæ:

Pf. 50. v. 23. misericordia: Sacrificans laudem honorificabit me, & ostendam illi salutem Dei. Quod sacrificium laudis, non ore tantum, sed & corde, non dictis solum sed factis etiam fieri debet. Non enim gratiarum distinctionem, ut inquit Bernhardus, sed actionem, requirit a nobis Dominus Deus noster. Non minus claris, perspicuis, rotundis, Cœnæ Dominicæ finis respectu communicantium consideratus, proponitur in institutione, verbis, dicente Domino: *Quod pro vobis datur; Qui pro vobis effunditur, in remissionem peccatorum. Quibus verbis, fines & fructus universi, communicantes ipsos spectantes, comprehenduntur; ubi n. remissio peccatorum est, ut rectissime D. Lutherus, ibi est & vita & justitia, atq; sic quicquid a quoquam desiderari optative potest.* De fine porro SS. Cœnæ respectu proximi considerato, nulla quidem in institutione certa, clara, & perspicua reperiuntur verba, per bonam tamen consequentiam, nullo exinde negotio is elici potest. Facebo passim omnibus in libris tum Propheticis, tum Apostolicis, & confessionem ejusque requisita, & proximi dilectionem commendari, inculcari.

II. Heterodoxorum Calvinianorum sententiae falsitas, eorumque argumentorum futilitas. Actum hactenus Auditores & dictum, de sententiæ Orthodoxorum, confessioni Augustinæ γνωσίως sic dictæ additorum, in articulo de SS. Cœnâ veritate; Nunc doctrinæ Heterodoxorum & Calvinistarum quidem, eodem de articulo falsitatem, ex nonnullorum illorum argumentorum futilitate, breviter demonstrabo; Unicum enim tantum argumentum (ne in immensum excrescat oratio) contra singulam SS. Cœnæ causam allegabo, allegatum refutabo, reliqua æquè, ne futiliora dicam, futilia, vestro omniumq; sano recte judicantium judicio commendabo. Quod verò omnium est primum, præcipuum & summū, crimen læsæ majestatis divinæ committunt nostri fratres adulterini, efficientem sive autorem sacratissimæ cœnæ impugnando, certo loco eum alligando, omnipotentiam ejus negando, inepte prorsus & inscitè argumentando; *Impossibile est Christum corpore suo vere in Cœnâ SS. præsentem esse, cum ad dextram Dei Patris sedeat.* Nesciunt nimis aut certè scire nolunt, quid sit, & dextra Dei, & sedere ad dextram Dei. Est autem dextra Dei sensu αὐθεωπαραδικῶς dicta, non nisi potentia, majestas & gloria divina.

Bullin-

I: Contra Eff. s. institut. Majestatem.



Bullingerus is qui supra, per dextram Dei certum aliquem in cœlū lo. Bulling. in
cum denotari, ex eo pugnat; quia scriptura afferat, Christum à tract. de
Deo ad dextram suam constitutum in cœlestibus; (a) Sedere ad verbis Do-
dextram majestatis ejus in excelsis: (b) Esse sursum in cœlis ad mini, in
dextram Dei: (c) Et inde iterum venturum esse. (d) Minus verò domo pa-
cerebri habet, quam cimex sanguinis. Nam, dextram quidem tris mei.
Dei in cœlis esse, non negāimus, allegatis id docentibus testi- a. Eph. 1.
moniis: sed hoc pernegamus, solum in cœlis, & certum quidem v. 20.
aliquem cœli locum esse, edifferente id secundum scripturam b. Hebr. 1.
Luthero; (e) Dextera Dei, dicendo, non est locus aliquis, neq; est in v. 3.
loco aliquid: sed est ipsa omnipotentia, ac majestatis divine gloria, que c. Coloss. 3.
cum nulli loco insit, nuspam tamen excluditur, quippe rerum omnium non v. 1.
conditrix tantum sed & conservatrix; ac proinde creaturis omnibus in- d. Symbol.
comparabiliter præstantior; ita ut cum in minimo grano rōta sit, tanta Apostol.
tamen ejus sit majestas, ut ne mille quidem mundi, eam capere & inclu- e. Luth. in
dere possint. Quo quidem pacto, ut de suo hoc mihi Damasce- lib. contra
nus largiatur, (f) quo, inquam, pacto, is qui incircumscripsus est, lo- cœlestes
calem dextram habeat? localis enim dextra ac sinistra eorum existunt, Prophetas.
qui circumscribuntur. Ubiunque Deus est, ibi dextra Dei est: f. Damasc.
Deus verò cœlum & terram implet. Necessariò itaque sequitur, de- lib. 4.c.2.
xtram quoque Dei cœlum & terram implere, nec in cœlo solum Jerem. 23.
esse. Et, qui quæso dextra Dei in certo aliquo cœli esset loco? v. 24.
cum ab eadem, in extremis etiam maris sese David abscondere Psal. 139.
non potuerit. Qui Christus in certo duntaxat cœli loco ad de- v. 9.10.
xtram Dei sederet? cum supra omnes cœlos ascenderit, cœlis Eph. 4.v.10
excelsior factus sit. Testimonia adducta, non in excelsis sub- Hebr. 7.
limitatem, sed gloriæ & majestatis divinæ denotant celsitudi- v. 26.
nem; Elevationem scilicet ad confessum paternæ majestatis, ubi nunc Primas. in
sedet (Christus) in plenitudine honoris & gloriæ, exponente Prima- c. 7. Epist.
sio. Thronus enim Dei, nomen dignitatis est, Basilio, thronus majesta- ad Hebr.
tis, æternæ Dominationis, Epiphonio attestante; qui dicitur esse in Basil. lib. 1.
cœlis, quoniam majestas & gloria ista, in cœlis nobis manifesta- cont. Eu-
bitur. Non redditurus à dextrâ DEI Christus ad judicium. nom.
Scriptura siquidem planè id ignorat, dum eum non solum in Joh. 17.
sempiternum ad dextram Dei sedere, sed & redditum ad judi- v. 14.
cium,

Hebr. 10. cium, vel maximè in dextra virtutis Dei sessurum afferit. De
v.12. cœlo autem visibiliter redditus: Inde (è cœlis) expectamus Sal-
Matth. 25. vatorem Dominum nostrum Iesum Christum. Proinde, cùm vocula
v.31. & 26. inde, in Symbolo Apostolico expressa, non ad dextram Dei Pa-
v. 64. tris, sed ad cœlum referenda, qui ex ea certa cœli sedes infe-
Act. i. v. II. renda? Sedere etiam ad dextram Dei, æquè ut ipsam Dei dex-
I.Thess. 4. tram, sinistrè intelligunt Calviniani. Sedere ad dextram Dei
v.16. aliud nihil est, quam infinità ac increatà potentia, virtute & ma-
Philip. 3. jestate divinâ, omnes creaturas & manuum Dei opera, poten-
v.30. ter gubernare, regere. Quæ dominandi potestas, sessioni com-
paratur exinde, quod Reges, Magnates, Judices, & Imperan-
tes alii, sui partes officii, plerumque sedendo obeant: quo no-
Psf. 47. v. 9. mine, Dei ipsius regimen super gentes, sessione super sedem
a. Psa. 110. sanctam exprimitur. Explicat hæc ipsa, hunc ipsum in modum,
v.1.2. scriptura sacra: Declarat ita David: (a) Declarat ita Archangelus
b. Lu. i. v. 32 Gabriel: (b) Declarat ita Petrus: (c) Declarat ita Autor Epistolæ ad
c. i. Pet. 3. Hebræos: (d) Declarat ita Johannes in Apocalypsi: (e) Declarat
v.22. deniq; ita Augustana Confessio: (f) Ascendit ad cœlos, sonans, ut se-
d. Heb. i. v. 3 deat ad dextram Dei, i.e. perpetuò regnet ac dominetur omnibus creatu-
8.9. ris. Sic ergo sedere ad dextram Dei idem est, ac equarem honorem,
e. Apoc. 12. gloriam & potentiam cum Deo habere, exponente Basilio: Sempiter-
v.13. num imperium & Dominium universorum occupare, exponente Theo-
f. A.Cart. 3. doreto: Habitare in plenitudine honoris, gloriæ & majestatis divinæ,
Calv. in exponente Primasio. Calvinus, ita Christum sedere ad dextram Pa-
cap. 21. tris afferit, ut proximum à Patre gloriæ & dignitatis gradum habeat,
Matth. tanquam Dei vicarius: Cujus ductum sequuntur gregarii alii, &
Gen. 41. exemplo Josephi, proximum à Pharaone locum in Ægypto ob-
v.40. tinentis: Itemque Bathsabæ ad dextram Salomonis, pro-
1. Reg. 2. ximo scilicet honoris loco à Salomone collocatæ, comprobant.
v. 7. At, Dominari in medio inimicorum, in cœlo & in terra, & in
Heb. 8. v. 2. mari super omnia manuum Dei opera, super omne quod nomi-
Luc. 22. nari potest, qui proximus gloriæ gradus à Patre? qui potentia
v.69. longè maxima, sed tamen limitata ac finita? non vero vere di-
Apocal. 3. vina & infinita esset? Annon dextra Dei ipsa virtus Dei? qui
v.21. ergo proxima à virtute Dei? Annon Christus in ipso throno ma-
jestatis,



jestatis , virtutis Dei in cœlis sedet ? qui ergo in proximo gradu,
& quidem ut vicarius Dei sederet ? Pro nobis idcirco , non ve-
rò contra nos est illatum à juratis gloriæ majestatis Christi im-
pugnatoribus, Christum sedere ad dextram Dei : Ergò in cœnâ
adesse minimè posse. Imò quia Christus sedet ad dextram Dei,
maximè in cœnâ verè ac realiter præsens est ; quod diduci pos-
set latius , explicari planiūs , demonstrari pleniūs ; sed ad argu-
mentum , contra materiam SS. Cœnæ , à Calvinianis formatum
propero , quod tale est : Nudum tantum panem & vinum , non in , Materiæ
cum , sub pane & vino , corpus & sanguinem Christi verum , manducari , integrata-
omnem extra dubitationis positum aleam : Non enim omnes manducan-
tes panem & bibentes vinum Eucharisticum , remissionis peccatorum , ju-
stitiae , & vitæ æternæ fiunt participes , quod sanè fieret , si unâ cum pane
& vino , corpus & sanguinem Christi manducarent & biberent : Omnis
siquidem carnem Christi comedens , & sanguinem ejus bibens , vitam ha-
bet æternam , ipso dicente , confitente , testimonium perhibente Christo .

Johan. 6.
v. 54.

Verùm enim verò errant Seraphici illi (si diis placet) doctores ,
nescientes scripturam ; aliâ videlicet de manducatione & bibi-
tione Dominum agere Johannis sexto , spirituali nimirum :
Aliam item esse illam , quæ institutâ S. Cœnâ communicantibus
mandata , sacramentalem intellige : Quarum illa , absque ex-
terno fit medio : Hæc mediante pane & vino : Illa fructuosa
semper est : Hæc sine illâ fructuosa esse nequit : Illa non nisi sa-
lutaris est : Hæc ad judicium sumi potest : Illa Christum quo ad
beneficia & fructus , qui fide apprehenduntur : Hæc corpus &
sanguinem Christi quo ad substantiam respicit : Illa omnium
est temporum , omnibus item Christianis præcisè ad salutem ne-
cessaria : Hæc contra neque omnium est temporum , neque
omnibus præcisè ad salutem necessaria . Quod verò corpus &
sanguis Christi sacramentaliter ab aliquibus acceptus , non
vitam sed mortem potius operetur , vitio nequaquam fit rerum
sumptarum , sed sumentium personarum , indignè nimirū man-
ducantium . Non enim naturâ suâ tantummodo mala , sed etiam Aug. lib.
optima , abutentibus in perniciem cedunt : de quo hunc in mo- 3. de Bap-
tismo con-
dum Augustinus : Idem odor erat de quo Apostolus dicit , Christi bonus tra Donat.

C 3

odor c. 13. circa
finem.

odor sumus Deo, in omni loco, & tamen in iis, qui salvi sunt, inquit, & in iis qui pereunt, aliis quidem odor vitae in vitam, aliis autem odor mortis in mortem. Quod etsi de alia re dixit, ad hoc ego posui, ut intelligatur, aliquid bonum, non solum vitam posse operari bene utentibus, sed etiam mortem male utentibus. Explanat, declarat, illustrat id ipsum exemplo Simonis Magi & Judæ proditoris: Judas proditor, inquiens, bonum Christi corpus, & Simon Magus, bonum Christi Baptisma percepit: sed quia bono bene non sunt usi, mali male utendo sunt deliti. Vitio ergo communicantium, damnum in sacratissimo hoc sacramento oritur. Quemadmodum & in deserto, Mannæ manducatio, quibusdam exitialis fuit: de qua Isidorus: Qui-dam in deserto, ajens, eandem escam spiritualiter manducavere & tamen mortui sunt: Ita & nunc in Ecclesia, quibusdam corpus Domini est vita, quibusdam vero est pena & supplicium peccati. Corpus Domini sine dubio est vita illis, quibus Christus est vita: illis vero est mors, qui per culpam & ignorantiam atq; negligentiam, membra sunt diaboli. Talibus, salutaris in Cœna Domini cibus, salutaris esse non potest, attestante Origene: Patiuntur n. hoc, quod febricitantes pati solent, cum sanos cibos sumunt, sibimetipsis inferentes exitium. Agnovit, hom. 61. ad confirmavit, corroboravit & id Chrysostomus, Quemadmodum popul. An- cibus, dicendo, cum sit nutritivus, si à crudo sumatur, omnia perdit & tioch. corruptit, & fit morbi causa: ita scilicet & tremenda mysteria. Item: Idem hom. Sicut corporalis cibus, scribendo, cum ventrem invenierit, adversis hu-de prodit: moribus occupatum, amplius laedit & magis nocet, & nullum præstat au-Jude. xilium: ita iste spiritualis cibus, si aliquem reperit malignitate pollutum, 3. Contra magis eum perdit, non suo sed accipientis vitio. Formam Cœnæ Do-formā sive minicæ contra quod inferunt sacramentarii, & contra sacra-actionis, mentalem in primis manducationem & bibitionem, eam nimi-verbo Dei, rum Capernaiticam esse, calumniosum est & falsum. Toto circa ma-namque (quod ajunt) cœlo à se invicem distant. Capernaitica teriam hu- quia carnis Christi manducatio, immediate fit, & naturaliter; jus sacra- sacramentalis autem mediante pane, & mysticè: quatenus sci-menti de- licet caro Christi, divino pani unita est verbo, cœlesti, mystico terminata & incomprehensibili modo. (a) Lutherum concernens qui eam qualitatē. corporalem nominat manducationem, sciendum non fieri id, a. Luth. in ad de-Cat. min.



ad denotandum mandationis modum, sed, tum ad subjecti
veritatem significandam, quod scilicet ipsum corpus Christi ve-
rum, non signum & figura ejus tantum, comedatur; tum ad in-
strumentum declarandum, quod ore fiat corporis non cordis,
i. e. fide tantum juxta Christi verbum Edite. Iniquum, perver-
sum, impium denique statuit Calvinus cum asseclis suis, finibus,
fructibus sive utilitatibus SS. Cœnæ derogantibus; Sacramenta
in genere tam abesse, ut gratiam conferant, ut ne afferant quidem affir-
mando: Inscitiam esse indignam Christi servis, nescire quod per Evange-
lium & sacramenta nos salvari credamus, sed per unum Jesum Chri-
stum, clamitando: In regeneratione hominis, propter quam dicat Apo-
stolus, nos esse Dei opus, valde falli, & in Deum ipsum injurios esse, qui
aut hominibus, per quorum os loquitur, vel ipsi externo Dei verbo, vel sa-
cramentalibus signis, Deum existimet vel tantillum, divinæ illius sue vir-
tutis, hominibus renovandis & æternâ vitâ in Christo servandis attribue-
re, calumniando. Quibus præter auream illam D. Lutheri,
quinque articulis sat firmis, validis, ponderosis, confessam ihi-
stitutionis è verbis catenam: Verba Christi complectuntur panem &
calicem sacramenti; panis & calix complectuntur corpus & sanguinem
Christi; corpus & sanguis Christi complectuntur N. Testamentum; No-
vum Testamentum complectitur remissionem peccatorum; Remissio pec-
catorum complectitur vitam æternam; Regerimus, ob oculus statui-
mus, accuratâ judicii lance pensiculandum proponimus: Nos
proprium ipsius filii Dei corpus, in mortem pro nobis traditum,
& sanguinem ipsius proprium, crucis in ara nostris pro peccatis
effusum, S. in cœnâ accipere, unde cognoscere quivis omni
absque difficultate possit, omnia, corporis sui traditione, & san-
guinis sui effusione, quæcunque promeruerit Christus, nobis,
salutari hujus in sacramenti usu, applicari, conferri, obsignari:
Ad stabiliendam etiam hanc sententiam, Patrum plurimorum,
nec non aliorum recte docentium testimonia adduci posse:
Chrysostomi videlicet, S. Cœnam caput bonorum omnium appellantis;
Ambrosii, Medicinam spiritualem vccantis: Cypria-
ni, Panis & calix, dicentis, benedictione solenni sacratus, ad
totius hominis vitam salutemque profuit, simul medicamentum &
holocaustum ad sanandas infirmitates & purgandas iniquitates existens;

4. Contra
finem sive
utilitatē.
Zwingli in
confess. sue
ad Carl. V.
Anno. 1530.
Gryneus in
præf. Theo-
rem. Theol.
ad Joach.
à Berga.
Beza in 2.
part. resp.
ad colloq.

Mompel-
gart: p. 116
Aurea Lu-
theri cate-
na.

Chrysost.
hom. 83. in
Matth.
Ambros. in
I. Cor. II.
Cypr. serm.
de cœna
nō longè à
Dama. principio.

Damasceni cōtra abegit uero multiplicem Eucharistiae fructum de-
scribentis, &c, quod ad nostram substantiam, ajentis, & conservationē
tendat, incommodum quodvis propulset, eamq; vim exerceat, ut immun-
diciem omnem abstergat, omnem labem exurat, omnes morbos & cal-
mitates tollat, nosq; Christo, h.e. spiritui & corpori ipsius arctissime uniat,
imò nos nobis ipsis etiam majore nexu societ, unde μεταληψις, quod par-
ticipes reddamur divinitatis Iesu, & novarvia, ob illam fidelium inter se &
cum Christo unionem, rectissime appelletur, & sit delibatio vel απαρχὴⁿ
initium futuri panis, qui in altero seculo nobis apponetur. Chemni-
tiū item viri incomparabilis, Theologi magni nominis, hunc
in modum, Quia in Eucharistiā, scribentis, accipimus illud
Christi corpus, quod pro nobis traditum est, & sanguinem Novi Testamen-
ti, qui in remissionem peccatorum effusus est, quis neget credentes ibi per-
cipere thesaurum omnium beneficiorum Christi? accipiunt enim illud in
quo peccata remittuntur, in quo mors aboletur, in quo vita nobis commu-
nicatur, quo nos sibi Christus tanquam membra adjungit. Plurimos li-
bens prætereo alios: Atq; ne Auditores omniū ordinum præstan-
tissimi, diutiū vos detinere, favoreque & benevolentia vestrā in
audiendo abuti videar, orationi finem impono, nec paucissima
quæq; addo, præter hymnum Thomæ Aquinatis, canentis, pe-
tentis, dicentis:

Adoro te devote latens Deitas,
Quæ sub his figuris verè latitas:
Tibi se cor meum totum subjicit,
Quia te contemplans totum deficit:
Visus, gustus, tactus in te fallitur,
Sed auditu solo tuto in te creditur.
Credo quicquid dixit Dei filius:
Verbo Veritatis nihil verius:
In cruce latebat sola Deitas
Sed hic latet simul & humanitas:
Utrūq; tamen verè credes, ac confi-
Peto, quod petivit latro pœnitēs(dēs
Plagas sicut Thomas non intueor.
Fac me tibi semper magis credere,

In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis verus vitam præstans homini:
Præsta meæ menti de te vivere,
Atq; illi semper dulce sapere.
Pie Pellicane Iesu Domine,
Me immundū munda tuo sanguine;
Cujus una stilla salvum facere
Totum mundum possit omni scelere.
Iesu pie quem velatum aspicio,
Quando fiet illud quod jam sitio;
Ut te revelatā cernens facie
Visu sim beatus tuæ glorie.
A M E N.

D I X I.

94 A 7380

ULB Halle
004 073 428

3




Yuli 1399 AD 17
77



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Black 3/Color



TIO
TENTIA
ICULO
OMINI
NA,
m, Confessioni
dictæ, additorum,
erâ,
ET
Calvinianorum,
sa,
si Academia, & Collegii
torio majori die 10. Augusti
abita
ab
HERT O Stolp. Pom.
og. Studio so.
BERGÆ
aphicâ Augusti Boreck.
CHRISTIANÆ
C. XXV.